

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Caput XV.

HOROGRAPHIA TRIBVS IVDIA., cuius primum limites, meridionalis præcipue, & borealis (nam occasum versus, mari mediterraneo; ad orientem vero, mari Salis seu mortuo continetur) prolixè & accurate definiuntur. Quæ ipsa descriptio admonet, Regnum & Politiarum limites fatales, hoc est, diuina prouidentia constitutos esse. Deinde Calebi historia occupantis urbem Hebron, & Dabir ciuitatem literarum seu Academiæ sedem, ac vicina oppida, & generum non pecunia sed virtute præstantem sibi adsciscentis, cinq; munus petitum *Φιλοσόγυας* tribrentis recitatur. Postremo, Catalogus urbium & oppidorum centum & quindecim tribui Iuda assignatorum recensetur, in quo nomina oppidorum ipsa, de multis diuinis patefactionibus, de liberationibus piorum & poenis scelerum mirandis, & alijs rebus maximis, quæ in singulis locis gestæ sunt, lectorem commonefaciunt, Quarum consideratione ad agnitionem Dei, ad verum Timorem Dei, fidem, invocationem & gratiarum actionem erga Deum, in nostris pectoribus accendendam & confirmandam exuscitamus. Repetet autem hoc loco lector grauissimas vtilitates, ex sequenti Chorographia regionis Iudaicæ ad alendam pietatem & eruditionem legentis transferendis, quas paulò ante in capitib; XIII, proœmio recitauimus.

LIMITIS Tribus Iuda MERIDIONALIS initium versus ortum, est Maris mortui (quod mare Salis scriptura vocat) Lingua seu extremus sinus, quo longius & stricte instar linguae versus meridiem excurrit, ad grad. long. 65. 58. Lat. 31. 28. Ab hac extremitate maris mortui versus occasum protenduntur fines tribus Iuda, ad meridiem stringentes Idumæam & desertum Zin per Zade, quod vicinum est oppido Cadesbarne: & per ascensum scorpionis (quod loci nomen proprium, *MAALE ACRABIM*, appellatiue redditum est) & partem deserti Zin, & per oppida Cadesbarne, Ezron, Adar, Carcaa, Asmona, vsq; ad torrentem Aegypti, hoc est, fluum SiHor, qui Rhinocolurus à Ptolemæo nominatur, & Aegypti fines extremos versus Boream à Palæstina distinguit, vsq; ad mare magnum seu mediterraneum porrigitur.

CADES BARNE oppidum est in extrema ora deserti Zin, versus Boream situm, distans ab Hebron quinq;, ab Hierosolyma decem miliaribus versus meridiem, long. 65. lat. 31. 50. quo cum populus Israël ex Aegypto eductus peruenisset, Exploratores in terram Canaan missi sunt, Deut. 1. Num. 32. 13. Quibus reuersis, murmurantem & contumacem populum prorsus delere Devit voluit: sed à Mose deprecante ira ipsius sedata est, Num. 14. Deut. 1. Eodem in loco pericrunt, Chore, Dathan & Abiron, Num. 16. קָדֵס Kades, Sanctus. פָּרָעָה Filius vagus. Ezron, long. 65. 16. lat. 31. 29. Ebraice יְהוּדָה Hezron, atrium, castellum. דָּתָן Dathan, inter Cades & Asmonam, Ebraice אַדָּר Adar, excelsa, magnifica, Num. 33. Iudic. 1. קַרְיָתָהָא Cariathaa, Ebraice כַּרְמֶל Karkaa, pavimentum. אַסְמוֹנָה Asmona, Numer. 34. עֲזִזָּה Azmona, fortis. Torrentem Aegypti, fluum SiHor, qui Aegyptum à Palæstina dirimit.

ORIEN-

ORIENTALIS LIMES, est MARE SALIS, seu mortuum, vsq; ad ostium Iordanis. BOREALIS LIMES Iudææ seu AQVILONEM versus spectans, incipit ab extremitate maris, vbi Iordanis fluuius in illud influit, & porrigitur limes in Bethagla (domum limitis seu termini, Ios. 18.) & stringit ab aquilone Betharaba (domum deserti, Wästenhofen / Ios. 18.) ascendens ad lapidem Boëm (בָּהַן Bohan, pollex, in tabula scribitur Eben-bohan) & tendens ad Debera (in tribu Beniamin, דְּבִיר Debir oraculum) à valle Achor (Ios. 7. Ose. 2.) Galgala (Ios. 4. 5. Ose. 4. 9. 12.) Ex adverso ascensus Adomim, mons inter Hierusalem & Hiericho infestus latrocinijs, vnde & nomen habere videtur אֶת-מִזְרָח sanguines. Huius mentionem facit Christus in parabola de Samaritano, Luc. 10. Ab australi parte orientis, Cherith. Solis fons, וְנֵרֶת En Semes. Fontem Rogel, propè Ierusalem versus ortum, propè quem exploratores Dauidis consilia Absolonis ex sacerdotibus cognoscunt, 2. Reg. 17. 3. Reg. 1. Ios. 18. Fontem Nephishoa, propè Ierosolymam versus occasum. תְּרֵבָה porta. Mons Ephrons, versus occasum ab vrbe Ierosolyma. עֲרָבָה puluis. Bala בָּלָה antiqua, vetusta. Cheston, propè Emaus, in finibus Iuda & Ephraim, צְלָה Cesalon, Orion, vnde nomen est mensi Casleu. Bethsames, ciuitas Sacerdotum, Ios. 21. 1. Reg. 16. 4. Reg. 14. 2. Paral. 28. long. 65. 53. lat. 31. 55. Thanna, celebris vrbs, non procul à Ioppe & Iannia, vnde præfectura Thamnitica nomen habet. fit eius mentio in historia Samsonis, Iudic. 14. 18. 2. Paral. 28. Ebraice תְּמַנָּה Thamna, perfecta Accaron, vrbs Philistinæ propè Azotum. Secrona, in intimo sinu inter Azotum & Ioppem. תְּכִנָּה Sichrona ebrietas. Gebneel, propè Secronam. בְּנֵי Iabneel, ædificium Dei. Hactenus linea limitis Borealis, ab initio maris mortui & ostio Iordanis, vsq; ad mare mediterraneum versus occidentem deducta est. OCCIDENTALIS LIMES est Mare mediterraneum, à Iabneel supra Azotum, vsque ad Bersabee & vltra ad ostium Rhinocoluri.

II. CALEB hæreditatem suam, quam superiore capite petiuerat, metropolin totius Iudææ & sanctiss. patrum Abraham, Isaac & Iacobi domicilium vetus, & sepulturæ locum, HEBRON, & vicinam Academiae & bonarum literarum ac studiorum doctrinæ sedem Dabir armis occupat, ac in oppugnatione vrbis Dabir, virtutem commilitonum suorum præmio insigni, videlicet matrimonio filiæ promisso, excitat. & in diligendo genero Heroicæ virtutis & fortitudinis maiorem quam pecuniæ & opum rationem habet, vt Themistocles dixit: Malle se virum pecunia, quam pecuniam viro indigente. Possunt autem in hac parte X V. capit. multi insignes loci notari: Primum Patefactiones Dei illustres primis patribus Abraham, Isaac, Iacob in Hebron habitantibus factæ. Collocat enim Abraham domicilium suum in Hebron, Gen. 13. vbi postea audiens præmissionem, Noli timere, ego protector tuus sum, & merces tua magna valde: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad Iustitiam, Gen. 15. Ibidem repetitur præmissio, Ego Deus tuus & seminis tui post te: & instituitur circumcisio, Gen. 17. Ibidem conuiuio excipit filium Dei coitatum duobus Angelis, Gen. 18. Ibidem moritur & sepelitur Sara, Gen. 23. & Abraham ipse, Gen. 25. & Isaac, Gen. 35, & Iacob, Gen. 50. 2. De studijs literarum & bonarum artium dignitate ac necessitate dici potest, cum antiquissimæ Phœnicum Academiae in oppido Cariathsepher mentio fiat. 3. De Heroica

virtu-

virtute, & fortitudine Caleb. 4. Virtutem excitandam esse præmijs. 5. De gradibus consanguinitatis , intra quos coniugia concessa sunt. In deligen-
do genero virtutem potius quam opes spectandas esse. 7. Exemplum sae-
gns paternæ in Caleb erga filiam : admonens nos de Dei patris æterni stor-
ge erga filium, & erga nos , quos propter filium mediatorem diligit , & in-
nocentes exaudit.

8. IRRIGVM SVPERIVS ET INFERIVS seu ager , in quo erant
fontes à parte superiori & inferiori, imago est fontium israelis , seu libro-
rum sacræ scripturæ , ex quibus fontes veræ agnitionis Dei & æternæ fa-
lutis uberrimi scaturiunt, & conscientiæ , sensu iræ Dei & æruminarum are-
factæ & consternatæ suaui consolatione reficiuntur & recreantur. Ie-
ronymus in epitaphio Paulæ. Mirabatur superiores & inferiores
aquas , quas Othoniel suscepserat, & aquarum ductu , siccos prioris instru-
menti agros faciebat irriguos , vt redemptionem veterum peccatorum in
aquis baptismi inuenirent. Gregorius lib. 3. dialog. 34. Axa super as-
num sedet, cum irrationalibus carnis suæ motibus anima præsidet.
Quæ suspirans , à patre terram irriguam petit : quia à creatore nostro cum
magno gemitu quærenda est lacrymarum gratia. Sunt namq; nonnulli
qui iam in domo perceperunt liberè pro iusticia loqui , oppressos tueri ,
indigentibus possessa tribuere , ardorem fidei habere : sed adhuc gratiam
lacrymarum non habent. Hi nimurum terram austrialem & arentem ha-
bent: sed adhuc irrigua indigent : quia in bonis operibus positi, in quibus
magni atq; feruentes sunt, oportet nimurum , vt aut timore supplicij ; aut
amore regni cœlestis mala etiam quæ antea perpetrauerant , deplorent.
Sed quia duo sunt compunctionis genera ; dedit ei pater suus irriguum
superius , & irriguum inferius. Irriguum quippe superius accipit anima
cum se in lacrymis , cœlestis regni desiderio afflit. Irriguum vero
inferius accipit , cum inferni supplicia flendo pertimescit. Equidem pri-
us inferius : ac post irriguum superius datur. Sed quia compunctionis amo-
ris dignitate præeminet : necesse fuit , vt prius irriguum superius , &
post irriguum inferius commemorari debuisset, &c. Sed nunc vocabula
tantum obscuriora interpretabor.

Cariath Arbe , Hebron , ciuitas Arba , patris Enak , seu principis Gi-
gantum clarissimi , qui vrbis ἵπαρημος fuit. Dicitur autem אֶנָּק Enak , à
torque gestando , q. d. TORQVATVS. Filij Enak. *Sesai*, Eques. *Tholmai*,
suspensor , vel pharetratus , armatus telis. *Haiman*, הַיִם Ahiman ,
fratris subtractor, prædo , vel arithmeticus. *Dabir* , propè Hebron . דָּבֵר
Debir oraculum , vt nunc quoq; academiæ , oracula sunt , quæ de maximis
rebus , & grauissimis negotijs , in ecclesia & foro incidentibus , consulun-
tur. *Othoniel* , post mortem Iosuæ 40. annos populum Israël iudica-
uit , Iudic. 3. 1. אֲתַנְיָהוּ Athniel , tempus meum Deus. *Cenez frater*
Caleb iunior. sic vetus translatio reddidit , significans Cenez fusile patrem
Calebi iunioris , & vitricum Calebi senioris , qui Caleb ideo filius Ie-
phonie Cenezeus in superiore capite nominetur. Sed in Ebræo
fonte , epitheton (iunior) non adiungitur , sed simpliciter scriptum est fi-
lius Cenez frater Caleb , id est , cognatus vel nepos Caleb. Ita enim scri-
es familiæ 1. Paral. 4. recensetur.

Caleb.

Ela
Cenaz
Othoniel.

Axa

Cum autem Grammaticè etiam reddi possit vocabulum אֶלְאָה indeclinabile per Genitium: maxime commoda interpretatio quibusdam esse videatur, Othoniel filius Cenez fratris Caleb. ut fororem patruelam, seu patrui famam sibi matrimonio copularit, sicut noster Imperator Maximilianus II. patrui sui, Caroli V. Imp. filiam sibi connubio iunxit. & M. Antoninus philosophus Faustinam consobrinam suam vxorem duxit. נְזֵן Kenaz, calamus aspersus. Axa, אַחֲסָף Achsah, ornata monilibus. Irriguum superius & inferius. agrum & prata, quæ fontes & riulos à superiori & inferiori parte haberunt.

CATALOGVS ciuitatum & oppidorum, qua tribui
IVDA sorte assignata sunt.

Cabseel, in finibus Idumææ, propè Acrabim, seu ascensum scorpionis, patria Banaeæ capitanei Dauidis, 2. Reg. 23. Esd. 11. קָבֵץ Kabzeel, congregauit Deus. Eder, existimo esse oppidum, cuius Gen. 35. fit mentio, propè Bethlehem. עֵדֶר Eder, id est, Grex. vbi Angelus existimat Pastoribus nuncium de nato Christo attulisse, Luc. 2. Nam alterum oppidum Adar, cuius in descriptione limitis meridionalis Iudææ mentio facta est, per Aleph scribitur. Jagur, peregrinus. Gina, גִּנָּה Kinah, possessio mea, propè Arath in finibus Idumææ, 1. Reg. 27. Dimona, דִּמְוָנָה Dimonah, excisio, à קָרְבָּה. Adada, עֲדָדָה ornata. Cades, celebre oppidum Cadesbarne in deserto Zin, distans ab Hebron quinque miliaribus versus meridiem, long. 65. 40. latitud. 31. 50. vnde exploratores in terram Canaan missi sunt, Deut. 1. Num. 32. fit eiusdem mentio Gen. 14. 16. 20. Ezech. 47. Num. 27. 33. 34. Psal. 29. קְדֵשׁ Kedes, sanctitas. Asor, prope Ascalonem. חָזֵר Hazor, atrium, castellum. Alia est Asor, metropolis regni Iabin, Ios. 11. in finibus tribus Aser & Nephtalim, Ios. 19. Iudic. 4. 3. Reg. 12. Iethnan, Draco. Ziph, צִפְּה Pix. Teliem, תְּלֵי Aries. Baloth, 2. Paral. 8. בְּלוֹת Bealoth, Dominæ. Asornoba, Ebraice בָּזוֹר הַדָּת Hazor Hadatha, id est, Hazor noua. Inde irrepsit Noba. Cariothesrom, vrbs castelli. Amam, formidabiles. סָמֵם, יְמֵן fama. Moleda, מָלֵד nativitas. Asergadda, Hazar Gadda, חָזָר גָּדָד castellum instructum. Assemosh, חָסֵשׁ Hesmon, magnates. Bethpheleth בֵּית פְּלֵת domus separationis. Aversual, oppidum in tribu Simeon, Ios. 19. 2. Esdr. 11. חָזֵר שָׂעֵד Hazar sual, castellum vulpis.

BERSABEE, tribui Simeon attributum, Ios. 19. distat à Ierosolymis versus meridiem 10. miliaribus. בֵּרְסָבֵה Beerseba, puteus Iuramenti, eo quod iuxta cum Abimelech rex Gerare foedus fecit cum Abraham, Gen. 21. 22. Deinde cum Isaac, Gen. 26. Ibidem Deus confirmat & consolatur Iacob proficiscentem in Aran, Gen. 28. & Aegyptum, Gen. 46. Eò fugit Helias, 3. Reg. 19. Ideo posteri deinceps peregrinationem in Bersabee & cultum peculiarem instituerunt, Amos 5. Fit eiusdem mentio 1. Reg. 8.

1. Reg. 8. 2. Esdr. 11. *Baziothia*, בָּזִוְתִּיהַ contempsit signum Domini. *Abala*, אֲבָלָה Baalah, Domina. *Humesen*, confusa sunt duo nomina oppidorum in tribu Iuda. אֶיְמָה ijm, acerui, & אֶזֶם Azem, ossa, tribui Simeon attributum, Ios. 19. *Heltholad*, in tribu Simeon, inter Lachis & Ascalonem, Ios. 19. אֵל תֹּלָד El Tholad, Deus parens. *Ezul*, אֵזָעַל Cesil, Orion. vnde mensis Cisleu dictus existimatur, Sæuus ubi hybernis Orion conditur vndis. *Sarma*, Ebraicè Horma חָרָמָה anathema.

SICELECH, oppidum tribus Simeon, Ios. 19. 2. Esdr. 11. in extremis finibus Iudææ, ad torrentem Bozor, quod direptum ab Amalechitis, liberat Dauid, 1. Reg. 27. 30. Ebraicè צִקְלָג Ziklag, cortex, inuolucrum.

Medemena, in tribu Beniamin, in quo Assyrii proficiscentes ad obfisionem Ierosolymæ castrametati sunt, Esa. 20. מְמֻנָּה mensura numeri.

Sensenna סְנַנָּה surculus, palmes. *Lebaoth*, in tribu Simeon Ios. 19. לְבָאָת Leæna. *Selim*, סְלִים Silhim, postulati. *Aben Remmon*, duo oppida propè Gerara, in tribu Simeon, Ios. 19. אַי Ain, oculus, רִימָן Rimmon, malum punicum. *Eftaol*, in tribu Dan, Iudic. 13. 18. עַתְּנוֹלָה postulabo. *Sarea*, in tribu Dan, ad ripam fluminis Sorec, Ios. 19. 2. Paral. 11. patria Samsonis, Iud. 13. זָרָע Zareah, leprosa. *Asena*, אַסְנָה à זָרָע mutauit, repetiuit. *Azone*, אַזּוֹן Zanoah, à zanah, dereliquit, amouit. *Engannim*, fons hortorum. *Taphuah*, fons Taphue, cuius mentio fit, Ios. 17. 16. 22. propè Betharaba, non procul à Iordane situs fuit. תָּפְחָה Taphuah, meditans. *Enaim*, אֶנְיָם Enam, fons. *Hierimoth*, ciuitas sacerdotalis, propè Lachis, Ios. 21. cuius regem Pharam Iosua strangulauit, Ios. 10. 2. Esdr. 11. יָרְמָת Iarmuth, doctrina mortis.

Adulam vel *O d o l l a m*, oppidum, proficiscentibus à Bethlehem versus Eleutheropolin, situm est versus dextram ad septentrionem. Fit eius mentio Gen. 38. & in historia Dauid, 1. Reg. 22. Item, Mich. 1. Ios. 12. 2. Macc. 12. 2. Reg. 23. 2. Paral. 11. Nehem. 11. Ebraicè אֲדָלָם Adulam, præda eorum. *Socho*, inter Azecham & Macedam, cuius mentio fit 1. Reg. 13. 2. Par. 21. 28. 3. Reg. 4. שָׁכוֹת sepes, tegumentum. *Azecha*, oppidum, propè Odollam, Ios. 10. 1. Reg. 17. 2. Paral. 11. Neh. 11. עַזְקָה Azekah, annulus, circulus. *Sarim*, 1. Reg. 17. שָׂרִים Saarim, portæ, vel mensuræ. *Adithaim*, coetus. *Gedera*, in tribu Dan, inter Accaron & Thamnata. שְׁרוֹת sepes. *Giderothaim*, propè Emaus versus meridiem. *Sanan*, שְׁנָן Zenan, clypeus, Mich. 1. scribitur שְׁנָן ab expatiando. *Adasa*, אֲדָסָה Hadasah, noua. *Magdal gad*, מִגְדָּלָג Migdalgad, turris exercitus. *Deleam*, דְּלָא Dilean, pauper, afflictus. *Maspha* seu *Maspha* in tribu Beniamin, Ios. 18. 3. Reg. 15. 2. Paral. 16. Nehem. 3. 1. Macc. 3. non procul à Cariathiearim, ubi Samuel iudicauit populum, 1. Reg. 7. 10. Ierem. 40. 41. מִזְפָּה Mizpha, specula. *Ieætel*, יְאֵתֵל Iaætel, auscultat Deus.

Lachis, vrbs inter Eleutheropolin & Hebron, cuius regem vincit Iosua cap. 10. munitur à Roboam, 2. Paral. 11. obfidetur à Sennacherib rege Assyriorum, Esa. 36. 2. Paral. 32. 4. Reg. 18. Mich. 1. לְבִיט ad æthiopem, vel nigro similis, vel vt Hieronymus in commentarijs Micheæ vertit ῥωγεταῖς, est ambulatio. *Baschat* בָּשָׁחָת Bozkath, id est, farina subæcta. *Eglon*, duobus miliaribus à Bethlehem versus meridiem & occasum, Ios. 10. גָּלְעָן orbis, sphæra. *Tebbon*, תְּבּוּן Cabbon, extinxitor. *Leemas*, לְמָאָס LaHe-

LaHemas, prælians iniquè egit. *Cethis*, כְּתִיס Cithlis, cedens Leonem, *Gideroth*, sepes. *Bethdagon*, prope Thannata. בֵּיתְהַדָּגָן domus piscis. *Neama*, נְאָמָה amœna. *Maceda*, inter Eleutheropolin & Bethlehem situm, in cuius spelunca quinq; reges Amorrhæorum capti & strangulati sunt, Ios. 10. מָקֵדָה Makedah, id est, fœtor verticis. *Labana* vel LO BNA, vrbs Sacerdotum, inter Eglon & Macea, Ios. 21. capitul à Iosua, cap. 10. obsidetur à Sennacherib rege Assyriorum, Esa. 37. 4. Reg. 19. cum aliquot annis ante defecisset à Regibus Iuda, 4. Reg. 8. Fit eiusdem mentio 4. Reg. 23. לִבְנָה Libnah, candida vell lateres. *Ether*, inter Maon & Arath, וֶתֶר oratio. *Asan*, in tribu Simeon, Ios. 19. 1. Reg. 30. יְתֵר fumus. *Lepta*, לְפָתָה Iephtha, porta. *Ephra*, אֶפְרָא Asenah, ignis. *Nesib*, נֵסִיב statio, antistes. *Ceila*, à cuius obsidione Daud repellit Philistinos, 1. Reg. 23. קֵילָה Keilah, vallis discoverta, tentorium Chaldaice. *Achzib*, mendacium, Mich. 1. Domus Achzib mentientur regibus Israël, seu frustrabunt eos sua expectatione, qui inquietam fore sperabunt.

MARESA, propè Eleutheropolin ad flumen Sorec, patria Micheæ & Eliezer prophetarum, Mich. 1. 2. Paral. 11. 14. 20. In hanc urbem fugit Gorgias profligatus à Iuda Maccabæo, 2. Macc. 12. חַרְמָה hæreditas. *Accaron*, ciuitas Philistinorum, propè Azotum, in tribu Dan, Ios. 19. עֲקֹרָן Ekron, extirratio, euulsio, ab יְהוָה. *Azotus*, vrbs Philistinorum maritima, vicina Accaron, in tribu Dan, Ios. 11. 13. 1. Reg. 6. Sophon. 2. Ierem. 25. Amos 1. Zach. 9. Esa. 20. 2. Paral. 26. Actor. 8. obsesta & capta est à Psammiticho, rege Aegypti temporibus Manasse. אַשְׁדּוֹד Asdodah, ignis dilecti, seu ignis generationis, vt interpretatur Hieronymus in Esa. 20.

GAZA, Palæstinæ limes, Genes. 10. Numer. 34. 3. Reg. 4. sita in littore, oportuno portu, & valde munita, in cuius oppugnatione Alexander magnus postea graniter vulneratus est. Temporibus Apostolorum deserta fuit, Actor. 8. vt Sophonias prædixerat. Et congruunt verba Strabonis, qui libr. 16. scribit, A Gazæorum portu septem stadijs abest ciuitas, quæ olim illustris fuit. Ab Alexandro autem euerfa non habitatur. Eodem loco inquit Strabo: Ex Gaza transitus esse 1260. stadiorum in urbem Hailam sitam in littore maris Arabici. Postea rursus instaurata est Gaza, & celebre emporium fuit, ad quod ex Arabia Felici thus camelis euehi solitum est, Plin. libro 12. cap. 14. Nostro tempore à Selymo Turcarum Imperat. post victum Aegypti & Syriæ Sultanum Campionem, occupata est anno 1516. Ebraice עַזָּה Azah, fortis. סָמִיר Samir, vbi habitauit Thola Iudex Israël, Iudic. 10. *Ieder*, ciuitas Sacerdotalis, propè Esthaol & Saraa. Ebraice תָּהִר Iathir, à ρων Thor, exploravit. *Soccoth*, inter Azecham & Macadam, 1. Reg. 17. 2. Paral. 11. 28. 3. Reg. 4. טְהֻנָּה Socoh, sepes, tegumentum. *Edenna*, אֶדְנָה Dannah, Iudex. *Cariath-senna*, cognomen vrbis Dabir, דָבֵר spinæ.

DABIR, vrbs Sacerdotum, propè Hebron, Ios. 21. 1. Paral. 6. prius dicta Cariathsepher, id est, ciuitas literarum seu studiorum doctrinæ, ῥητορii, oraculum. *Anab*, oppidū propè Hebron, Ios. 11. עֲנָב botrus. *Isthemo*, vrbs Sacerdotum, Ios. 21. עִשְׁמוֹא Esthemoa, à υπερ audiuit, obediuit. *Anim*, miseri. *Gosen*, Ios. 11. 10. *Olen*, ciuitas Sacerdotalis, Ios. 21. חָלָן Holon,

Holon, arena. *Gilo*, patria Achitophel, consiliarij regis Dauid, 2. Reg. 15. *גִּלְׁוֹح* Giloh, apertus, manifestus. *Arab*, infidior. *Roma*, Ebraicè *רָמָה* Dumah, tacens. *Esaan*, *יְשָׁאָן* Esan, sustentaculum. *Ianum*, dormitabit. *Bethaphua*, propè Betharaba, non procul à Iordanie, Ios. 17. 16. 12. *Apheca*, fortis vel riuus, 1. Reg. 4. *Athmatha*, *תְּמַתָּה* Humetali, concha. *Cariath Arbe*, q. d. ciuitas Arbe: cognomen vrbis Hebron. Nam Arbe homo maximus inter Enachim ibi princeps fuit, Ios. 14. 21. *קִרְיָתָרְבָּה* Kiriatharba, ciuitas Arba, vel *תְּרֵבָּה*. *Hebron*, metropolis Iudææ, & vrbis Sacerdotum ac refugij (Ios. 20. 21.) quæ & Arbea, & Cariatharbe, & Mambre dicta est, de qua paulo ante in secunda huius capituli parte diximus. *Sior*, *זִיר* Zior, parvus.

Maon, nomen vrbis & regionis in tribu Iuda, propè Ziph & Carmelum, vbi Dauid in periculo inextricabili humanis consilijs, mirabiliter, *καὶ ὁ δοῦλος μηχανῆς*, à Deo seruatus est, 1. Reg. 23. *יְהוּן* habitatio. *Charmel*, in solitudine Maon, vbi Nabal maritus Abigail habitauit, 1. Reg. 25. Distat duobus miliaribus ab Hebron versus ortum. *Ziph*, mons & oppidum vicinum vrbis Hebron versus ortum, celebre fuga & latebris Dauidis, 1. Reg. 23. 2. Paralip. 11. *לִוְיָה* significat picem. *Loche*, in Ebræo est *לְוִיָּה* Iuta. *Iezrael*, semen Dei. *Incadan*, *כְּנָדָן*, Iokdeam, vertex populi. *Zanoë*, Nehem. 3. *צָנוֹה* Zanoah, à *צָנוֹה* deliquit. *Accain*, *אַכְּיָן* Cain, possessio.

GABA, patria Saulis primi regis Israëlitarum, 1. Reg. 10. 11. 13. 15. Esa. 10. sita in finibus tribuum Beniamin & Ephraim, Ios. 24. iudic. 19. distat 4. stadijs à Gabaon, in via ad Antipatrida. In ea vrbe vxor Leuitæ stupratur, propter quod scelus postea ferè rota tribus Beniamin deleta est, Iudic. 19. 20. Ebraice scribitur *גִּבְּאָה* Gibea, collis, vel altitudo, Ose. 9. 1. Reg. 22. 14. *Thamna*, oppidum in finibus tribuum Iuda, Dan, & Ephraim, Gen. 38. Iudic. 14. 18. 2. Paral. 28. vnde sub imperio Romano dicta est præfectura Thamnitica, Ios. 19. in nostra versione nominatur Thenna. Ebraicè *תְּהִנָּה* Thinnna, perfectio. *Halhal*, oravit infirmus.

BETHSVR, Arx munita claustris in montium, ad vallem Rephaim, super publica via, Gazam versus ducente, imposita, cuius in historia Maccaborum crebra mentio fit. Abfuit à Ierosolymis quinq; stadijs versus meridiem, 2. Maccab. 11. 1. Macc. 4. 6. 9. 10. 11. 14. 2. Paral. 11. Nehem. 3. *בֵּית־חֶזְקָה* domus petræ seu fortis. *Gedor*, in tribu Dan, propè Accaron, *גֵּדָר* Gedor sepes. *Mareth*, Mich. 1, oppidum Iudææ, *מַרְתָּה* verenda. Quod consentaneum est, Micheam cap. 1. mutasse in *מַרְתָּה*, id est, amara.

Bethanoth, puto *BETHANIA* esse, patriam Lazari & Marthæ, distantem à Ierosolymis dimidio miliari versus meridiem, vbi resuscitatur Lazarus, Iohan. 11. & quo egreditur Christus vespere die Palmarum, Matt. 21. Marc. 11. Fit eiusdem mentio, Matth. 26. Luc. 19. 24. 10. *Bethania*, domus afflictionis. *Elthecon*, propè Bethlehem, *עַלְתָּהָן* Elthekon, Deus restituit. *Cariath baal*, nomen vrbis Cariathiarim, propè Ierosolymam, Ios. 18. *Arebba*, *אֲרֵבָה* Rabah, copiosa. *In deserto*, asperiore & montibus ac sylvis horridiore tractu Iudææ, inter Ierusalem & ostia Iordanis, & inde ad littus maris mortui versus Sodomam. cuius deserti Iudææ crebra mentio fit in Euangelistis, Matth. 3. 4. Luc. 1. 3. Ioh. 11.

10. i. &c. *Betharaba*, oppidum in extremis finibus tribus Beniamini prope Iordanem, Ios. 18. בֵּיתְרָבָה domus deserti. *Meddin*, nisi in deserto poneretur, existimarem Medin Maccabaeorum arcem esse, 1. Macc. 2. 9. 13. מִדְן modius. *Sachacha*, סַחְחָא tecta. *Nebfan*, pinguis.

Engaddi, in littore maris mortui, paulum supra Sodomam, ubi David oblatæ occasione interficiendi Saulem, tamen ei parcit, ne autor effet seditioni exempli in populo Dei, 1. Reg. 24. Plinius lib. 5. cap. 17. Engadda oppidum fuit secundum à Ierosolymis fertilitate, palmetorumq; nemoribus, nunc alterum bustum. יֶגֶד Engedi, oculus hœdi. *Hiebuseum habitatorem Ierusalem non potuerunt detere filii Israël*. donec Rex David expugnata arce Sion funditus eum deleuit. Quod verò alicubi in hoc catalogo plura oppidorum nomina recitantur, quænum numeri adiuncti colligunt: causam esse consentaneum est, quod multa Iudeæ loca, tribui Simeon postea, Ios. 19. attributa sunt.

Cum autem tot oppida Iudeæ, quæ deinceps etiam tribubus Benjamin, Simeon & Dan, bona ex parte distributa sunt, in hoc catalogo enumerentur: mirum est, quo consilio, oppidum *BETHLEHEM*, seu *Ephrata*, cuius in antiquissima Genesis historia mentio fit, & in quo *CHRISTVM* seruatorem nasci oportebat, præteritum sit. ut de multis alijs, quorum in historia Moysis & prophetarum, & Hieronymo præcipue in locis Ebraicis, mentio fit, nihil dicam. *Gerara*, Bersabeæ vicina, quæ domicilium Abrahæ & Isaac aliquamdiu fuit, Gen. 20. 26. *Thecue*, patria prophetæ Amos, & mulieris Thecuitis, 2. Reg. 14. Ierem. 6. 2. Paral. 11. distat duobus miliaribus à Ierosolymis versus Engaddi. *Nobe*, ciuitas sacerdotum, à Saule cuersa, inter Arimatheam & Ioppem, cuius mentio fit, 1. Reg. 22. Esa. 10. Esd. 11. *Bethaniam*, patriam Lazari & Mariæ, Ioh. 11. existimo Bethanot in hoc catalogo nominari. *Bethphage*, vicus ad montem olivarum, Matth. 21. *Bethacaris*, domus vinearum, 1. Reg. 7. Ierem. 6. *Bezor*, torrens ad Sicelech. *Neeschol*, torrens ad Hebron. *Ieruel*, vallis benedicta, inter Engaddi & Thekoam. *Petra*, prope Sihor seu Rhinocolorum. *Eleutheropolis*, in Hieronymo & Itinerario Antonini celebrata. duabus miliaribus à Ierosolyma versus meridiem & occasum distat, long. 65. 44. latit. 31. 53. *Nicopolis*, propè Emmaus. *Caphin*, propè Iamniam. *Dessa*, propè Ierosolymam, 1. Maccab. 5. &c.

Caput XVI.

 Horographia limitum tribus ortæ ab *Ephraim*, qui fuit filius Joseph, Gen. 41. adoptatus ab aeo Iacob, Gen. 48. benedicitur, Gen. 49. Deut. 33. stirps amplissimæ & populosissimæ tribus Ephraim, quæ etiam ante Moysen Palæstinam inuasit, 1. Paral. 7. & postea præstansimos duces populo Israël dedit, Iosvam successorem Moysis, Num. 13. 14. Hieroboam primum regem Israël, 3. Reg. 12. Deboram prophetissam, Iudic. 4. Abdonem, Iudic. 12. & præcipuum robur regni Israël fuit, de quo etiam Dauid Psal. 60. 108. gloriatur, Meus est Manasse,